



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate
Libri Septem**

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

De uestimentorum mollicie contemnenda cap. xlivii

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

DE RATIONE COERCEN. LIBID.
quocq; de affectatis corporalibus munditiis dicendum
uidetur. Q uis enim potest uehementer & plus æquo
corporis mundiciis delectatus seruare virilem continen-
tiā: aut in his rigorem constantis animi retinere! Nimirū
profecto delitiae malas generant concupiscentias, tōūq;
uigorem mentis dissoluunt: quo circa repudiandæ sunt
ōīo, & animus melioribus studiis applicandus. Q uod
autem ad eiusmodi munditiae curam attinet, is nobis in
summa modus est adhibendus: ut neq; nimis exquisita
sit, atq; odiosa; neq; rursum nimis neglecta, & ad squalo-
larem usq; reiecta: uerum digna uiro: & que tm̄ fugiat
agrestes, atq; inhumanas sordes. Par. n. fermè uitium eis,
& faciles odiſſe munditias, & ul̄o præter naturam, acq;
illiberaliter, squalorem, & sordes appetere.

De uestimentorum mollitie conte-
nenda. Cap. XLIII.

Sed sicut alere, ac fouere delicatē, & molliter corpus
non decet pudicum hominē: ita par iōne, nec mol-
lius uestiri: qm̄ iuxta saluatoris nostri dictū, qui mol-
libus uestiuntur in domibus regum sunt. Soli t. n. delitig,
& superfluus luxus uestium ibi interperantius abunda-
re, ubi mollius, q; par est, tiuitur: arguit. n. hominem la-
sciuae, lasciuus habitus, & delitiosus ornatus. Et. n. sicut
tantum cibi capiendum est, q; tum ad tol' endam esuriem
sit satis: & tantum uini, quantum ad sedandam situm suffi-
ciat: ita eis duntaxat uestibus utendum, quibus & obtegi
corpus honeste, et arceri utiliter possit frigus: & quas aut
anni tempus, aut mos patrius, aut ordinis, aut officii dis-
gnitas ipsa requirit: non autem quas lasciva iuuenū indul-
gentia quotidie nouas, & inuisitatas petulanter excogiat.
Nimio enim ac delicato cultu corporis emollescit
uigor mentis: & pudor, pudicitiaq; luxuria uestiendi dis-

Matth. 13

LIBER SEPTIMVS.

310

Soluitur. Nasonis carmen hic loco p̄cepti nobis habens
dum est . Ait enim ,
Sint procul à nobis, iuuenies ut foeminae compti,
Fine coli modico forma uelutina amat.
Sed & Cicero, à forma (inquit) uiril remoueatur omnis
uiro non dignus ornatus. Q uam ob rem , Demostheni
q uestitu, cæteroq; cultu corporis , & nitido , & uenusto
nimium delectari uideretur, ab æmulis , atq; aduersariis
suis summo probro, qñq; datum fuisse perhibetur: necq;
turpibus, indignisq; in eum uerbis temperatum: quādo
quidem ob id & parū uir, & polluto ore diceretur. Cō
mas, et uestes superuacue curare, Diogenes dicebat, esse,
uel infœlicium, uel impoborum. Nam quid de talibus
suspiciari aliud possumus : quām aut inaniter eos affligi
superfluis curis, aut turpiter toris insidiari alienis: ut eo le
nocino ad sui amorem foeminas excitent. Contra quos
. D. Hieronymus ad Eusechium scribens ait. Sunt (in
quit) aliqui de ordine nostro homines, qui ideo presby
teratum, aut diaconatum ambulant, ut mulieres licentius
uideant: omnis cura his, de uestib⁹ si bene oleant, si pes
laxa pelle non folleat: crines calamistri uestiglo rotant:
digiti anulis radiant: tales quām uideris, sponsos exi
stimato, non clericos. Q ualis autem esse deceat ues
timentorum ornatus Idem ipse doct⁹ ostendit his uer
bis. Nec affluentes (inquit) sordes, nec exquisitæ
delitiae laudem parunt. Et rursus ad Nepotianum
scribens: ornatum, & sordes pari modo præcipit esse
fugiendas: q; alterum delitias, alterum oboleat glo
riam. Non splendeat ergo toga pudici hominis, sed
nec fordeat: quando utrumque pari ratione nitiosum,
atque damnabile iudicetur: q; in his rebus non tam reo
rum usus, quām affectus in culpa est. Q uicunq; sane
contemptis his quib⁹ cum uiuit, lautiora, aut sordid
iora præ allis indumenta perquirit, aut is intempe
rans animi, aut supersticiosus habeatur necesse est,

DE RATIONE COERCEN. LIBID.

Sicut enim res delicatas, & nouas affectare luxuria est,
ita usitatas, & non magno negocio parabiles repudiate,
desidia. Modus ergo tenendus est: & uita nostra tempes-
randa inter bonos mores, & publicos: quatenus cultus
corporis non uideatur accurvatus, ut ad ostentationem
nitate: sed accommodatus pro dignitate, ut uirum probū
deceat. Hæc autem disciplina, ratioq; uestitus, quæ de
uiris traditur, eadem quoq; à virginibus, & honestis mu-
lieribus tenenda est, quæ quidem nunquam speciosius
ornantur, quam quum sub pudico, & honesto cultu, uer-
ra honestatis, & pudicitia gloria decorantur. Porro ser-
cis, auro, gemmisq; dehonestatur uirgines, uerius quam
ornantur, quum eiusmodi luxus arguat potius animum
lasciuia, quam formam corporis commendet, etiam si
8. Timo. 2. alioqui bona, & uenusta fuerit. Ideo Apostolus ad Thessaloni-
motheum. Volo (inquit) uiros orare in omni loco: simis
liter & mulieres, in habitu ornato, cum uerecundia, et so-
brietate, ornantes se nō tortis crinibus, aut auro, aut mar-
garitis, uel ueste preciosa: sed quod decet mulieres pro-
mittentes pietatem, per bona opera. Hæc ille satis appo-
site, & ad id, quod dicimus, opportune.

De incessu, et oris habitu & motu corporis, risusq;
& uocis moderatione. Cap. XLV.

Verum enim uero non tantum uestitus, et cultus,
sed etiam incessus, motusq; corporis, & oris ipsius
habitum, nutusq; oculorum rite moderatus,
atq; formandus est, homini præsertim religioso, & coe-
libi, ut ls, & esse, & haberi merito castus possit. In incessu
nanci cauenda est omnis mollities, et cunctatio mulie-
bris: ne pomparum ferculis similes esse uideamur. Atq;
similiter agitatio corporis nimia: ne uagis laterum flexi-
bus, ac sinuosa mobilitate in summis digitis ambulantes,
internâ fluctuantis animi dissolutione prodamus. Non
sit ergo gressus segnis, ne animi torporem præseferat